

recte concludentibus propter argumentum in darapti. ut omnis homo est animal. et omnis homo est suba aiata sensitiva. ergo suba aiata sensitiva est animal. ibi in conclusione extremi-
tates conuertuntur. quia omnis suba aiata sensitiva est animal. ergo etiam deberet conuer-
ti cum medio. et per consequens sequeretur quod homo esset animal. sed hoc non oportet ex quo iste
syllogismus non est in aliquo modo prime figure sed in tertia.

**Quandocumque signum uniuersale interripitur per signum
exclusiuum additum ad unam sui partem. Si tunc exclusi-
ua est vera uniuersalis fuit vera. secundo topicorum.**

Intelligitur dummodo tale signum uel affirmatiuum addit termino haberi actu
plura supposita. Si tunc exclusiua est vera sua uelis fuit vera.

**Qui dicit animam gaudere vel tristari dicit eam texere et
edificare. primo de anima.**

Intelligitur qui dicit se solo animam gaudere vel tristari dicit eam texere sic quod
philosophus uult quod non solum uenit anime sed potest et iuncta corpori. et dicit Egidius
ibi de ueritate est ille minus proprie dicit qui solum animam dicit gauderi vel trista-
ri. Sed magis proprie loquendo tunc homo dicitur gaudere uel tristari. et hoc est uerum.

Quicquid potest in maius potest in minus. primo celi.

Intelligitur per se et uirtute propria. et de illis que sunt eiusdem speciei.

**Quod semel dictum est amplius resumere non potest in libro
predicamentorum.**

Uerum est naturaliter et in numero potest etiam idem resumere supernaturaliter et in specie

**Quorum generationes sunt bone et quorum effectus sunt
boni illa sunt bona. secundo topicorum.**

Intelligitur cuiuscumque generatio uel effectus uel generans particulare est bonum
nisi illud est et erit bonum ex parte efficientis si non erit impedimentum aliunde
Dicitur particulare propter agens uel dicitur et uel erit propter effectus qui produciunt suc-
cessiue quia illi non sunt boni sed sunt uel erunt boni. Dicitur in quantum est ex parte effici-
entis quia sicut pater est bonum et filium non et hoc proprie uoluntate. Dicitur si non est
aliud impedimentum quia quilibet effectus propter malum uisum potest deprimari.

Quorum corruptiones sunt bone ipsa corrupta sunt mala

Intelligitur si corruptiones sunt bone tunc corrupta sunt mala et si corrupta sunt
mala tunc corruptiones sunt bone. et hoc est uerum de his que fuerunt bona uel mala

**Alio intelligitur quod corruptiones tales sunt male omnino moraliter. quia
non torquens est malus ergo fur est bonus. quia illa corruptio furis non
est omnino mala. Tertio intelligitur quod corruptum non habet se uel causa cor-
ruptionis. et ergo non sequitur interficere tyrannum est malum. ergo tyrannus
est bonus ex quo malicia eius est causa corruptionis.**

**Quandocumque aliqua duo sunt coniuncta et si unum re-
peritur sine aliquo tunc est aliquod sine reliquo. viii. phisici.**

Intelligitur quandocumque duo sunt coniuncta secundum magis et minus si tunc
reperitur minus perfectum seorsum sine magis perfecto tunc etiam magis
perfectum potest reperiri sine minus perfecto sed non e conuerso. et sic magis